







Mosheim / Joh: Laur: / Diss. de Ecclesia  
Christi, Helmst: 1740

Vrsaffij / Christoph: Matth: / Diss.  
de Coelo Beatorum, Tubinge  
1722

Reudenij / Ambr: / Theses de  
Symbolo Apostolico, Jene  
1589

Diss. de Deo ac tribus  
personis, Jene 1589.



15

DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE  
AGNITIONE  
DEI

QUAM  
*PRÆSIDE*

JONA CONR. SCHRAMMIO  
THEOL. D. LONGE CELEBERRIMO  
EJUSDEMQUE IN REGIO - DUCALI  
JULIA PROF. ORDIN.

*PATRONO PRÆCEPTORE ATQUE HOSPITE  
DEVENERANDO*  
D. XII. SEPTEMBR. MDCCXXV.

*IN FULEO MAJORI  
TUEBITUR*

JOANNES CASPAR STRUVE  
SS. THEOL. STUDIOSUS  
SCHENINGENSIS.

---

HELMSTADII,  
TYPIS PAULI DIETERICI SCHNORRII,  
ACAD. TYPOGR.



DESSERTATIO  
DE  
AGNITIONE

DE

PRÆSIDII  
JONACONIS

THEODORICI  
ELIENORIS  
PILTONIS

JONAS

WILHELMUS  
PAULI DIETERICI SCHONERLII  
AD. TYGON





VIRIS  
MAXIME ET PERQVAM REVERENDIS,  
AMPLISSIMIS ATQVE DOCTISSIMIS,

CONRADO CASPARI  
TILEMANNO

CIVITATIS SCHENINGENSIS PASTORI  
ET PER DIOECESIN SCHENINGENSEM,  
JERXHEIMENSEM, WARBERGENSEM ET HES-  
SYMENSEM SVPERINTENDENTI, GYMNASII,  
QVOD SCHENINGÆ FLORET,  
EPHORO,

LEVINO CHRISTIANO  
MÆRTENS

SACRORVM JERSTADIENSIVM IN EPI-  
SCOPATV HILDESIENSI ANTISTITI ET  
PER DIOECESIN SCHLADENSEM, WIDELA-  
GENSEM ET FINENBVRGENSEM  
SVPERINTENDENTI,

BERNHARDO FRIDERICO  
TÖGELIO

PRIORI COENOBII LAVRENTIANI,  
ECCLESIAE ITEM HEIERSDORFIENSIS AD  
SCHENINGAM PASTORI,





HENRICO JULIO MAVORS  
ECCLESIAE BAIERSTADIENSIS  
PASTORI,

GEORG. PET. EDELMANNO  
ECCLESIAE WATENSTADIENSIS  
ET BERNSTORFIENSIS  
PASTORI,

VIRIS GRAVISSIMIS ET DE  
ECCLESIA JESU CHRISTI  
MERITISSIMIS,

*PATRONIS ET FAVORIBVS  
SVIS*

CVLTV FILIALI AD CINERES PROSEQVENDIS,  
VITAM DIVRNAM, FELICEM ATQVE INCOLV-  
MEM PRECATVS

*DISSERTATIONEM HANC THEOLOGICAM*  
IN PIAE OBSERVANTIAE GRATIQVE ANIMI TESSERAM  
SACRAM DICATAMQVE ESSE VOLVIT, DEBVI

REVERENDORVM EORVM  
NOMINVM

OBSEQVIOSISSIMVS CVLTOR  
JOANNES CASPAR STRUVE.





DISPUTATIO VI.  
DE  
**AGNITIONE DEI**  
QUAM  
PRAESIDE  
**JONA CONR. SCHRAMMIO**  
THEOL. D. ET PROF. ORD.  
D. XII. SEPTEMB. MDCCXXV.  
IN JULEO MAJORI  
TUEBITUR  
**JOHANNES CASPAR STRUVE**  
SCHÖNINGENSIS.

---

§. I.

**D**E Principio Supernaturali Directivo, eoque  
Extrinfeco, tam Generali, quod est Verbum  
Dei Revelatum, quam Speciali, quod sunt  
Objecta Supernaturalia, v. gr. Myſteria, &  
Exempla Virtutum, paſſim ibi occurrentia, egimus  
Diſp. IV. §. IV. De Naturali verò, ſeu Lege Natu-  
ræ, ibid. §. XII. Ita ut in Praxi idem Principium ſit  
A inſtar



instar Speculi, (a) aut Normæ, (b) ex quâ Virtutes æquè ac Vitiâ dignoscantur. In Theoriâ verò, cum commoda *Virtutum* ac *Vitiorum*, prout fieri potest, instituitur vel *Divisio* vel *Recensio*, hæc Principia ad *Decalogum* reduximus, nec melius in hoc genere habere Christianos, indicavimus Disp. V. §. IV. Igitur à *Tabulâ Priori*, & in hâc à *Præcepto Primo* nunc incipiendum est. Hujus verba sunt Exod. XX. ac Deut. V. *Non habebis Deos alienos coràm me.* Quibus additur statim loco Explicationis: *Non facies tibi sculptile*, &c. (c) Ubi Deum, vel Deos habere, est, quicquid Officiorum aut Virtutum ergà Deum incumbit, explere. (d) Cumque hoc in *Internis* potissimum consistat, tanquam in Fundamento, quoniam Deus ipse Spiritus est, ac proinde in Spiritu & Veritate est adorandus, (e) huc revocantur Virtutes Internæ, v. gr. Timor Dei, Amorque ejus, Fides, & aliæ, de quibus in sequentibus erit agendum. Unde D. Lutherus

- (a) Jac. I, 23. 24. *Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro, consideranti vultum nativitatæ suæ in speculo; consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit.* (b) Phil. III, 16. 17. *In eâdem permaneamus regulâ. — Observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.* (c) Ex. XX, 3. 4. 5. *Non habebis Deos alienos coràm me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terrâ deorsum, nec eorum, quæ sũnt in aquis sub terrâ. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, -- & faciens misericordiam.* Conf. Deut. V, 6. seqq. (d) Ps. XXX, 16. *Dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meæ.* (e) Joh. IV, 24. Spiritus



therus in Exposit. Catech. Minoris, ad hoc Præceptum summam suppeditat: *Debemus Deum super omnia timere ac diligere, ipsique confidere.* Et in Catech. Majori uno nomine *Fidei* vel *Fiducia Cordis* ideò exprimit; prout etiam *Fides* in Scripturis Affectus, aut Virtutes Animi, ab Externis distinctas, indicare solet. (f) Ut verò Virtutes illæ Internæ Veræ sint ac Sufficientes, nec Voluntas nostra cæci instar in his palpitet, (g) sed Voluntati Dei sit conformis, (h) requiritur in Intellectu simul *Agnitio Dei*, (i) Radix Immortalitatis, (k) & *Causa Vitæ Æternæ.* (l)

§. II. Agnitionem Dei ejus quoque Cognitionem, (a) vel Notitiam, (b) item Sapientiam Dei, (c) Pr-

A 2

*Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in Spiritu ac veritate oportet adorare.* (f) *Jac. II, 22. Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius.* (g) *Luc. VI, 39. Numquid potest cæcus cæcum ducere?* (h) *Matth. XVI, 39. Non sicut ego volo, sed sicut tu.* *Matth. VI, 10. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* (i) *Col. I, 9. Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini cognitione voluntatis ejus, in omni sapientiâ & intellectu spirituali.* (k) *Sap. XV, 3. Nosse te, consummata justitia est, & scire justitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis.* (l) *Job. XVII, 3. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Jesum Christum.*

(a) *I. Cor. 8, 2. Si quis autem existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum scire.* (b) *Rom. I, 19, 28. Quod notum est Dei, manifestum est in illis, — Sicut non probaverant, Deum habere in notitiâ.* (c) *I. Cor. XII, 8. Alii quidem*



Prudentiam, (*d*) Intelligentiam, (*e*) Scientiam, (*f*) Experientiam, (*g*) Doctrinam, (*h*) ac Disciplinam, (*i*) appellare consuevimus. Sed ita, ut hæc, aliaque *Synonyma*, Connexionem tantum invicem indicent, Connotatis autem suis distinguantur. Nam sic v. gr. à Doctrinâ nascitur Agnitio, (*k*) à Agnitione Prudentia. (*l*) Interim nihilominus Prudentia, vel Doctrina Christiana, vera est Christianorum Sapientia. (*m*) Sed de his jam tum dictum fuit Disp. IV. §. VIII. ubi de Quinque Virtutibus Dianoëticis, prout illæ sunt reliquarum Virtutum Moralium Principia. Hic verò etiam inter ipsas Virtutes, quibus Finis Theologiæ Moralis, & Oppositis Opposita imputentur, numerari debent. Nec verò per hanc Dei Agnitionem intelligimus merè *Naturalem*, qualis insufficiens, (*n*) & sæ-

quidem datur sermo sapientiæ. (*d*) Eph. I, 7. 8. *Secundum divitias gratiæ suæ, ejus, quæ superabundavit in nobis, in omni sapientiâ & prudentiâ.* (*e*) Phil. IV, 7. *Custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.* (*f*) I. Cor. XII, 8. *Alii sermo scientiæ, secundum eundem spiritum.* (*g*) II. Cor. VIII, 2. *In multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit.* (*h*) I. Tim. IV, 16. *Attende tibi & doctrinæ.* II. Tim. III, 10. *Tu autem affecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem.* (*i*) Ps. LXIX, 17. *Tu verò odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum.* (*k*) Col. II, 7. *Confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in illo, in gratiarum actione.* (*l*) II. Tim. II, 25. 26. *Ne quando Deus det illis penitentiam, ad cognoscendam veritatem, & respiciant à Diaboli laqueis.* (*m*) Ps. CVII, 43. *Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?* (*n*) I. Cor. I, 21. *In Dei sapientiâ, non cognovit mundus per sapientiam Deum.*



& ſæpiſſimè à viâ regiâ aberrat, (o) ut patet exemplo Gentilium, aliorumque Infidelium. (p) Nec merè *Theoreticam*, utut è Scripturis acquiſitam, (q) cum hæc quoque in Diabolicis, (r) & nondum Regenitis (s) eſſe poſſit, adeoque nec Fidem ſequatur, (t) nec Deo accepta ſit, (u) aut iſſis agnoſcentibus ſalutaris. (x) Et ſi vel maximè Fides hanc ſequeretur, tamen Virtus non eſt. (y) Nec denique eam, quæ *Beatorum in cœlis* eſt, (z) Angelisque Dei (1) cum his communis, & Intuitiva; (2) quam Fanatici cum Agnitione

## A 3

## Dei

(o) *Rom. I, 21. 25. Cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. — Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium. (p) I. Cor. 1, 22. Judæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quaerunt. (q) Luc. XI, 52. Væ! vobis, Legisperitis, quia tuliffis clavem ſcientiæ, ipſi non introiſtis. (r) Act. XIX, 15. Reſpondens autem Spiritus nequam, dixit eis: Jeſum novi, & Paulum ſcio. Jac. II, 19. Et Dæmones credunt. (s) Matth. XXIII, 2. 3. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò, quæcunque dixerint vobis, ſervate, & facite. Secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. (t) Gal. V, 5. 6. Nos enim ſpiritu ex fide, ſpem juſtitiaſ expectamus. — Fides, quæ per charitatem efficaciſ. (u) Jac. IV, 17. Scienti autem bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. (x) Rom. VIII, 5. Qui enim ſecundùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt. — Nam prudentia carnis mors eſt. (y) II. Cor. V, 16. 17. Et ſi cognovimus ſecundùm carnem Chriſtum, ſed nunc jam non novimus. Si qua ergò in Chriſto nova creatura, vetera transferunt. (z) I. Cor. XII, 12. Tunc autem cognoviſcam, ſicut & cognitus ſum. (1) Matth. XVIII, 10. Angeli eorum in cœlis, ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. (2)*



Dei in his terris Objectivâ, perfectione & modo à priori distinctâ, (3) confundunt; prout ostendimus Disp. II. Sed eam potius putamus Dei Agnitionem, quæ sequitur Fidem Justificantem, & in-Homine Regenito ac Justificato se in his terris exerit. (4)

§. III. Est igitur Agnitio Dei Virtus hominis Regeniti ac Justificati, quâ Deum Trinunum, hujusque existentiam, essentiam, attributa, voluntatem ac opera, & in his præcipuè seipsum, sub ductu Spiritus Sancti, ejusque verbi, debitâ cum devotione, & pro conditione suâ, ac circumstantiis, animo imprimit, expendit, concedit, & ad usus necessarios applicat, in salutem propriam, Deique immortalis gloriam. Quam *Virtutem* rectè appellari posse, arbitramur, quoniam plurimum Moralitatis habet à Voluntate, imprimis in Homine Regenito. (a) Unde non ipsâ tantum, sed & Opposita, in bonam (b) aut malam partem, (c) im-

---

*1. Cor. XII, 12. Tunc autem à facie ad faciem. (3) Exod. XXXIII, 8. 9. Non enim videbit me homo, & vivet. (4) Phil. III, 8. 9. Ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex Deo est justitia, in fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius, configuratus morti ejus: si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.*

(a) *Jer. IX, 23. 24. Hæc dicit Dominus: non gloriatur sapiens in sapientiâ suâ, & non gloriatur fortis in fortitudine suâ, & non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nôsse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & judicium, & justitiam in terrâ: hæc enim placent mihi, ait Dominus. (b) Rom. II, 12. Quicumque*

*enim*



(c) imputantur. Quin & reliqua habet Virtutis Requisita, de quibus Disp. V. De *Subjecto*, quod Hominem Regeneratum ac Justificatum esse diximus, itidem Diss. III. differuimus. *Objectum* est Deus, non tantum quoad Existentiam, (d) & Essentiam, (e) consideratus, sed & quoad tres Personas, (f) & Attributa, tam Generalia, v. gr. Omniscientiæ, (g) &c. quàm Specialia, v. gr. Gene-

*enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Et Act. III, 17. Et nunc fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis. (c) Hebr. IX, 7. Quem offert pro suâ, & populi ignorantia. I. Cor. XIV, 37. 38. Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat, quæ scribo vobis, quæ Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. (d) Es. XL, 12. sqq. Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmâ ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & libravit in pondere montes, & colles in statera? Quis adjuvit Spiritum Domini? Num quid non scitis? numquid non audistis? numquid non annunciatum est vobis? numquid non intellexistis fundamenta terræ? Et c. XLI, 4. Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & novissimus ego sum. (e) Act. XVII, 23. 24. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cum sit Dominus, non in manu factis templis habitat. (f) Joh. XVII, 3. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te. solum Deum verum, & quem misisti, Jesum Christum. I. Joh. V, 6. Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus Gr. Spiritus est veritas. (g) Ps. XCIII, 8. seqq. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet, aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes, non arguet? qui docet hominem*



Generationis, (b) Missionis, (i) &c. Deinde & Apostoli sub Deo & Christo (k) Voluntatem Divinam, in Lege Dei scriptâ revelatam, & Opera ipsius, (l) seu Consilium Dei de Salute nostrâ, (m) intelligunt, sub quo continentur Credenda & Agenda, (n) quæ Deus secum credi, & hinc (o) agnosci voluit. Credenda in Symbolicis Libris, Agenda in iisdem, & Ecclesiasticis, tanquam in compendiis, formulisque brevioribus, (p)

con-

nem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt. Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tuâ docueris eum. (b) Hebr. I, 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum; Filius meus es tu, ego hodie genui te? (i) Gal. IV, 6. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem: Abba: Pater. (k) Gal. IV, 8. 9. Tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui naturâ non sunt Dii, serviebatis. Nunc autem, cum cognoveritis Deum, quomodo convertimini iterum? Eph. IV, 20. seqq. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu, deponere vos, secundum pristinam conversationem, veterem hominem. (l) Joh. VIII, 19. Neque me scitis, neque Patrem meum; si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. (m) Act. XX, 27. Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis. Luc. VII, 30. Pharisei autem & Legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipsos. (n) I. Tim. I, 5. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non fictâ. A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. (o) II. Tim. I, 12. Scio enim, cui credidi. (p) Ibid. v. 13. Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti, in fide & in dilectione, in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis.



continentur. Illa ad Creationem, (*q*) Redemptionem, (*r*) & Sanctificationem (*s*) redeunt, hæc ad Sacramenta, (*t*) & Præcepta Moralia. (*u*) Ex quibus patet, quod fit summa horum omnium, quærere superna, (*x*) hoc est, Deum, & Gloriam Æternam, agnoscere seipsum, suaque Peccata, (*y*) & per Christi cognitionem, (*z*) Fidemque in ipsum, (*i*) hinc liberari,

B

rari,

(*q*) Ps. XCIX, 3. Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos. (*r*) Job. XIX, 25. Scio enim, quod Redemptor meus vivit. I. Petr. I, 18. Scientes, quod non corruptibilibus, auro vel argento, redempti estis, de vanâ vestrâ conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, Christi, & incontaminati. (*s*) I. Cor. III, 16. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Act. XIX, 2. 5. At illi dixerunt ad eum: sed neque si Spiritus Sanctus est, audivimus. --- His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu. (*t*) I. Joh. X, 8. sqq. Tres sunt, qui testimonium dant in terris, Spiritus, & Aqua, & Sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est: quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. (*u*) Matth. IX, 13. Euntis autem, discite, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. (*x*) Col. III, 1. 2. Si consuurexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est, in dextrâ Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. (*y*) Rom. VII, 18. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est, in carne meâ, bonum. (*z*) Es. LIII, 11. In scientiâ suâ justificabit ipse, justus servus meus, multos, & iniquitates eorum ipse portabit. (*i*) Gal. II, 16. Scientes autem, quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: & nos



rari, & in Virtutum studio usque ad vitæ finem perfe-  
verare. (2) Patet quoque, non sufficere piam Creatoris  
è Creaturis considerationem, ut utilem, ad devotio-  
nem excitandam, (3) & à Deo mandatam; (4) quæ Noti-  
tia Naturalis est; sed ex Scripturis Agnitionem Dei  
hauriendam esse, (5) quæ est Cognitio Gratia, ad  
Salutem necessaria. (6) Patet denique, hujus A-  
gnitionis esse *Causam Efficientem Principalem*, Spi-  
ritum Sanctum, utpote qui nos omnem veritatem  
docet, (7) & implet variâ scientiâ. (8) Nec  
tamen hoc præstat hodie per Revelationem quandam,  
à Scri-

*in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, &*  
*non ex operibus legis. (2) I. Thess. II, 11. 12. Sicut scitis, qua-*  
*liter unumquemque vestrum, (sicut pater filios suos,) deprecantes*  
*vos, & consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè*  
*Deo, qui vocavit vos in suum regnum & gloriam.. (3) Ps.*  
*VIII, 4. 5. Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lu-*  
*nam & stellas, quæ tu fundasti. Quid est homo, quod me-*  
*mor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? (4)*  
*Job. XII, 7. 8. 9. Interroga jumenta, & docebunt te: & vo-*  
*latilia cæli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit*  
*tibi: & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod omnia*  
*hac manus Domini fecerit? (5) Es. XXXIV. 16. Require*  
*diligenter in libro Domini, & legite. Unum ex eis non de-*  
*fuit. --- Quia, quod ex ore meo procedit, ille mandavit. (6)*  
*Job. IV, 10. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi:*  
*Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi*  
*aquam vivam. (7) Job. XVI, 13. Cum autem venerit Spiri-*  
*tus veritatis, docebit vos omnem veritatem. (8) I. Cor. XII, 4.*  
*seqq. Divisiones verè gratiarum sunt, idem autem Spiritus.*  
*Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.*

Alii



à Scripturis abstractam, (9) quod Verbum Internum vocant Euthusiastæ, sed ita, ut semper Verbum Externum sive lectum, sive auditum, sive repetitum, sive aliâ ratione ad mandatum Dei tractatum, Internam Agnitionem producat, sustentet, & augeat. (10) Hinc officia quoque ergâ Verbum Dei, non Externa tantum, sed & Interna, circâ hanc Agnitionem Dei observanda, scilicet ut inde discatur mente demissâ, cupidâ, gratâ, & ad obsequium pronâ. (11) Sic tota Ratio *Formalis* eò perfectior, eòque salubrior, utpote, quæ duabus partibus absolvitur, Declaratione & Ap-

B 2

pli-

*Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, secundum eundem Spiritum. -- Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult. (9) Hebr. IV, 12. Vivus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus. Joh. XII, 48. Habet, qui judicet eum, sermo, quem locutus sum, ille judicabit. (10) Joh. I, 8. Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. (11) Act. VIII, 28. sqq. Sedens super currum suum, legensque Esaiam Prophetam; Rogavitque Philippum, ut ascenderet, & sederet secum. -- Respondens autem eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? --- Et respondens: Credo Filium Dei esse Jesum Christum; & iussit stare currum, & descenderunt --- Philippus & Eunuchus, & baptizavit eum. --- Ibat autem per viam suam gaudens. I. Thess. II, 13. Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.*



plicatione. Illa consistit in Inscriptio[n]e vel Impressio[n]e, (12) ut si quis ceræ quicquam imprimat, remoto scilicet corde lapideo, (13) aut velo Mosis; (14) hinc &, ut illa eò firmior sit, meditatione attentâ, (15) & lætâ concessio[n]e. (16) Sic ergò Voluntas quoque hîc adjuvabit Intellectum, ne obtorpescat aut fatigetur. (17) Altera pars consistit in Applicatio[n]e ad Pi-  
os Usus; quæ quidem à priori in Theoriâ distinguitur, nec attenditur quoque ab Impiis, utut Declara-  
tione sufficienti instructis, (18) at in Renatis nunquam inde separata esse debet. (19) Ut enim Fides, sic & Noti-  
tia

(12) II. Cor. III, 2. *sqq.* Epistola nostra vos estis, --- ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, --- non quod sufficientes simus, cogitare aliquid à nobis. (13) Ezech. XI, 19. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. (14) II. Cor. III, 16. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. (15) Act. XVII, 11. Qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. Conf. Job. V, 39. Ps. CXIX, 47. (16) Act. XVII, 12. Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci. (17) Ps. CXIX, 162. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa. Et v. 30. 31. 32. Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Adhæsi testimoniis tuis, Domine: noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatâssi cor meum. (18) Rom. II, 21. 22. 23. Qui ergò alium doces, teipsum non doces; qui prædicas, non furandum, furaris: qui dicis, non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. (19) I. Cor. XIII, 2. Et  
si ha-



tia sine Operibus mortua est, ut corpus est mortuum sine animâ. (20) Et pius saltem affectus comitatur Scientiam, si non sit occasio, illam in actibus externis exhibendi. (21) Hinc verò *Finis* tandem apparet, qui in eo confisit, ut quis omnia, quæ novit, in salutem propriam, eamque veram, & nunquam perituram, (22) & hinc primò omnium in remissionem peccatorum, (23) conferat. Quæ enim Proximum concernunt, hujusque commodum, ea tandem in nos ipsos redundant. (24) Nostra verò utilitas in Gloriam Dei. (25)

§. IV. *Differt* hæc Virtus (I) pro diversitate *Sub-jectorum*, ut sit Agnitio Dei vel Doctiorum, vel Rudiorum, vel ipsorum Infantum. Scilicet ut variat Fides.

B 3

Infan-

*si habuero prophetiam & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. (20) Jac. II, 26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. (21) Rom. VII, 22. 23. Condelector enim lege Dei, secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis. (22) Eph. III, 14. 18. Hujus rei gratiâ flecto genua mea, ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, --- ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & sublimitas & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. (23) Luc. I, 77. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum. (24) I. Cor. VIII, 11. 12. Peribit infirmus in tuâ scientiâ frater: --- Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. (25) Eph. I, 8. 9. 12. Secundum divitias gratiæ ejus, quæ super-*



Infantium aliquam Dei Agnitionem esse, ostendimus exemplo Johannis. (a) Doctiorum, sit exercitiis crebrioribus, (b) firmiorque est, & ad defensionem suam comparata. (c) Rudiorum, vel Catechumenorum est, vel Profectiorum. (d) (II) Pro ratione *Temporum*, vel Modica, qualis sub V. Testamento, (e) tenebrisque irruentibus, v. gr. tempore Arianorum, & ante Lutherum; (f) vel Uberior, ut tempore Christi, aliisque periodis notioribus. (g) (III) Ratione *Modi acquirendi*, vel est illa, quæ è Traditionibus, qualis erat Pa-

---

*perabundavit in nobis, in omni sapientiâ & prudentiâ, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, --- ut simus in laudem gloriæ ejus, nos, qui ante speravimus in Christo; in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, Evangelium salutis vestræ.*

- (a) *Luc. I, 41. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus. (b) I. Tim. IV, 6-15. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Jesu Christi, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. --- Hæc meditare, in his esto. (c) Tit. I, 9. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit, exhortari in doctrinâ sanâ, & eos, qui contradicunt, arguere. (d) II. Tim. II, 20. In magnâ autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. (e) Hebr. X, 1. Umbram habens lex. futurorum bonorum, non ipsam imaginem. (f) Zach. XIV, 7. Et in tempore vesperi erit lux. (g) Act. XVII, 30. Et tempora quidem hujus ignorantia despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant. Rom. XIII, 12. Et hoc scientes tempus; --- nox præcessit, dies autem appropinquavit.*



Patrum ante Mosen, (b) quæque ex immediatâ Revelatione, qualis Prophetarum & Apostolorum, (i) & quæ è Scripturis hauritur, qualis hodie à nobis expectanda & amplectenda est. (k) (IV) Ratione *Modi acquirendi* simul, & *Graduum*, est vel *Extraordinaria*, qualis erat Prophetarum, de Myfteriis Dei, de Occultis Dei Judiciis, de Rebus & Eventibus futuris, (l) vel *Ordinaria*. (m) Denique, (V) pariter ut Fides, ratione Formæ & *Augmentorum* suorum, vel *Implicita* est, vel *Explicita*. Illa res ad salutem necessarias percipit in genere, (n) & sub ideis solùm remotioribus, (o) etiamsi non intelligat in specie, quoad singula requisita, causasque vel circumstantias. Unde ad demonstrandum non æquè est idonea, quoniam inchoata solùm

vit. (b) *Deut. XXXI, 19.* Nunc itaque scribite vobis canticum istud. (i) *Aët. IX, 11.* Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. (k) *II. Tim. III, 16.* Omnis scriptura, divinitus inspirata, utilis est ac docendum, --- ut perfectus sit homo Dei. (l) *II. Cor. XII, 4.* Captus in Paradisum: & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. *Conf. Apoc. I, 19.* (m) *Luc. XVI, 29.* Habent Mosen & Prophetas, audiant illos. (n) *Aët. X, 1. sqq.* Vir autem quidam, --- nomine Cornelius, --- religiosus ac timens Deum, --- deprecans Deum semper, is vidit --- Angelum Dei, introeuntem ad se, & dicentem sibi: Corneli, --- orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Et nunc, mitte, --- & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, --- hic dicet tibi, quid te oporteat facere. (o) *Aët. X, 19. 20. 34.* Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei: Ecce, viri tres quæ-



folùm & imperfecta. (p) Nihilominus tamen, si major haberi nequit, ad salutem sufficiens. Ita Nicodemus de Regeneratione, (q) Apostoli de Regno Dei, (r) & Liberatione Israëlis, (s) Eunuchus de Agno Dei, pro mundi peccatis mactando, (t) ex Esaiâ informatus erat, implicite; & sic quoque Fide Implicitâ, quæ cognoverant, prosequabantur. Nec tamen Implicita Dei Agnitio est, quæ omni de Fundamentis Fidei §. III. recensitis, caret conceptu, & merâ tantum provocatione ad Ecclesiam, vel ad Doctores, nititur, (u) multò minus, quæ Dubitatione aut Repugnantia (x) quasi

---

quærent te. Surge itaque, descende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego misi illos. (p) Joh. IV, 39. Multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris, testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia, quaecunque feci. (q) Joh. III, 9. Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci? (r) Act. I, 6. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? (s) Luc. XXIV, 21. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. (t) Act. VIII, 31. 34. Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? — Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se, aut de alio aliquo? (u) Act. XVIII, 14. 15. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio: Si verò quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestrà, vos ipsi videritis: iudex ego horum nolo esse. (x) II. Tim. III, 7. 8. 9. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Jannes & Mambres restiterunt Moyse: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insipientia enim



quasi conquassatur, sed quæ potius facile connexa admittit, (y) & quemque obligat, ut ad Explicitam contendat. (z) Ipsa verò *Explicita* non distincta minus, (1) quàm firma, & ex principiis congruis deducta. (2) Qualis erat in discipulis Christi, quibus adhuc pro spiritu Christum, post resurrectionem, habentibus, & præ gaudio subdubitantibus atque admirantibus, non tantum ad tangendum se præbuit, seque manducantem ostendit, (3) sed & intellectum aperuit, ut Scripturæ sensum cognoscerent, quem antea confusè tantum tenebant. (4)

§. V. *Attributa* hujus Agnitionis sunt, (1) *Veritas*.  
 (a) Nam Deum novisse, est, Veritatem ipsam cognitam

---

*enim eorum manifesta erit omnibus.* (y) *Joh. VIII, 19. Respondit Jesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Conf. Joh. X, 30.*  
 (z) *Hebr. VI, 1. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur.* (1) *Act. X, 34. Aperiens autem Petrus os suum, dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* (2) *Joh. IV, 41. 42. Et multò plures crediderunt in eum, propter sermonem ejus. Et mulieri dicebant: Quia jam non propter loquelam tuam credimus: ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est verè Salyator mundi.* (3) *Luc. XXIV, 39. 43. Palpate & videte. — Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis.* (4) *Auc. XXIV, 45. 46. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertià die.*

(a) *I. Tim. II, 4. Qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,*



tam habere. (b) Hanc verò cognoscere, errori repugnat. (c) (II) *Certitudo*. Quicquid enim sensus nostros aut Rationem in hac transcendit, id solo Verbo Dei Revelato, ejusque apertâ Autoritate, nititur, (d) quam Fide Divinâ, & sine ullâ dubitatione, apprehendit. (e) (III) *Salubritas*. Quoniam Deus de Naturâ ac Voluntate suâ ideò nos fecit certiores, ut præviâ Peccatorum Remissione iterùm homini Salutem repararet, per peccatum ipsius amissam. (f) Unde quæ Salutaris non est, hoc Fine caret, neque est Vera quoad omnes conditiones, (g) & præcipuè quoad Intentionem Dei, (h) & quoad Experientiam propriam, (i) Notitia.

(b) *Joh. XIV, 6. 8.* Ego sum via, & veritas, & vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me. — Et à modò cognoscetis eum, & vidistis eum. (c) *I. Cor. II, 8.* Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. (d) *II. Tim. I, 13. 14.* Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti, in fide & in dilectione, in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis. Et c. *III, 14.* Permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens, à quo didiceris. (e) *I. Cor. II, 4. 5.* Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: ut fides vestra non sit in sapientiâ hominum, sed in virtute Dei. (f) *Eph. I, 9. 10. 12.* Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, — instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terrâ sunt, in ipso: ut simus in laudem gloriæ ejus, nos, qui ante speravimus in Christo. *Luc. I, 77.* (g) *I. Joh. II, 4.* Qui dicit, se nōsse eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. *Conf. Sap. I, 4.* (h) *II. Petr. III, 9.* Nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. (i) *I. Joh. III, 19.*

In



titia. (IV) *Sufficiencia*. Siquidem optimè constant sapientissimo Numini, quæ cognoscenda à nobis sint, ut ipsi placeamus, quæque ita in salutem nostram vergant, ut sine suo excidere non possint. (k) Ideoque terminos hujus cognitionis posuit, ne vel modum excedat, vel infrà eum subsistat. (l) (V) *Operatio*. Quanquam enim à mundi strepitu remota sit divinarum rerum consideratio, tamen in exercitio rerum Spiritualium, (m) quas Virtutes subsequentes, præsertim Internæ, (n) designant, otiosâ non est. In negotiis verò etiam secularibus locum habere, indicant Connotata Prudentiæ (o) & Artis, (p) indicabit & secunda Decalogi Tabula.

C 2

§.VI. Op-

*In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu ejus suadebimus corda nostra. (k) I. Joh. III, 20. Si reprehenderit nos cor nostrum: major est Deus corde nostro, & novit omnia. (l) Apoc. XXII, 18. 19. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas, scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ. (m) Joh. VI, 27. seqq. 43. Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus. Dixerunt ergò ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Respondit Jesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. --- Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. (n) Gal. V. 22. Fructus autem Spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. (o) Estote ergò prudentes, sicut serpentes. (p) Eph. IV, 28. Magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est.*



§. VI. *Opposita* hujus Virtutis sunt, (I) in *Defectu a. Ignorantia*, non illa quidem, quæ omnibus in hac vitâ communis, (a) quæque hinc sapiens ac docta, (b) pia, (c) & laude digna est, (d) sed potius, quæ supina, (e) affectata, (f) & vituperanda, (g) quoniam vel Naturæ Lumine, atque Institutione, (h) vel Revelatione, (i) suâ culpâ destituitur, parens Atheismi, (k) Naturalismi, (l) hoc est Religionis merè Philosophicæ, vel

(a) *I. Cor. XIII, 9.* ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. (b) *I. Cor. I, 25.* Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Conf. c. III, 18. (c) *I. Cor. II, 2.* Non enim judicavi, me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. (d) *Eph. III, 19.* Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Conf. *Phil. III, 8.* (e) *Hebr. V, 12.* Cum deberetis magistri esse, propter tempus: rursus indigetis, ut vos doceamini, quæ sunt elementa exordii sermonum Dei; & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. (f) *Job. XXI, 14.* Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. Conf. *II. Petr. III, 5.* (g) *I. Cor. V, 6.* Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Conf. *Luc. VII, 56. 57.* (h) *Es. XXVIII, 9. 10.* Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus. Quia manda, remanda, manda, remanda. (i) *I. Cor. I, 21.* Quia in Dei sapientiâ non cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Conf. *Act. VIII, 30. II. Tim. II, 25.* (k) *Eph. II, 11. 12.* Memores estote, quod aliquandò vos, gentes in carne, -- eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israël, -- & sine Deo in hoc mundo. (l) *II. Petr. III, 3. 4. 5.* Venient



vel Politicæ, item Idololatriæ, (m) Infidelitatis, (n) Apostasiæ, (o) Hæreseos, (p) Schismatis, (q) Syncretismi, (r) Tolerantiæ intempestivæ, (s) Contemptus, (t) Impietatis, (u) Blasphemix, (x) Persecutionis,

C 3

(y) &amp;

*in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Ubi est promissio, aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes.* (m) Gal. IV, 8. Tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui naturâ non sunt dii, serviebatis. (n) Luc. XII, 46. Veniet Dominus servi illius, in die, quâ non sperat, & horâ, qua nescit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet. (o) Luc. VIII, 13. Cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. (p) Tit. III, 10. Hæreticum hominem, post unam & secundam correptionem, evita: sciens, quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Conf. II. Petr. II, 1. 2. (q) I. Cor. I, 10. Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi; ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientiâ. (r) Tit. I, 12. 13. Cretentes semper mendaces. --- Quam ob causam increpa illos durè, ut sani sint in fide. (s) II. Cor. VI, 14. 16. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? --- Vos enim estis templum Dei vivi. (t) Exod. V, 2. Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israël? non dimittam. (u) Rom. I, 24. 25. Quapropter tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: --- qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium. (x) Jud. v, 10. Hi autem, quæcunque quidem

igno-



(y) & Peccatorum reliquorum, quæ contra Præcepta Divina. Quæ quidem Vitia non his tantum imputantur, qui ipsi eorum rei sunt, sed & qui iisdem obstetricantur, informatione pravâ, (z) vel neglectâ, (1) vel meliori prohibitâ, (2) deteriori invecâ, (3) vel admisâ, (4) cum publicè, tum privatim, scriptis, dictisque, (5) five voluptate, (6) five animi quâdam pertinaciâ, (7) five

ignorant, blasphemant: *quacunque autem naturaliter, tanquam muta animalia nörunt, in his corrumpuntur.* (y) *I. Tim. I, 13. Qui prius blasphemus fui: & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* (z) *II. Petr. II, 1. Fuerunt verò & pseudoprophetae in populo. Sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem.* (1) *Act. XX, 18. 20. Vos scitis, — quomodo nihil subtraxerim utilium, quò minus annunciarer vobis, & docerem vos publicè, & per domos.* (2) *II. Tim. IV, 3. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt.* (3) *Ibid. Sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientibus auribus.* (4) *Ibid. v. 4. Et à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* (5) *Act. XXII, 5. Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddet, & omnes majores natu, à quibus & epistolas accipiens, ad fratres Damascum pergebam, ut adducerem inde vincetos in Jerusalem, ut punirentur.* (6) *II. Tim. III, 6. Captivas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis.* (7) *Gal. I, 13. 14. Quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, expugnabam illam, & proficiebam in Judaismo, supra multos coætaneos meos, in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.*



five lucri cupiditate, (8) five affectibus, five aliâ quâvis causâ, (9) adducti. De quâ Ignorantiâ suo tempore sæpè conquestus est Lutherus, quod ubique superstitione ac malitiâ Clericorum invaluisse, quamque & Scripturæ Sacræ Explicatione, & Catechesibus, & Colloquiis suis, Discursibusque tollere, allaborabat. Nos verò etiam, ne justo Dei iudicio, (10) exemplo populi Judaici, (11) & multarum Ecclesiarum Christianarum, iterum ingruat, semper metuere debemus. Ignorantiam, ubi locum invenire nequit, v. gr. cum aut Creaturæ præsentis, aut quotidiana Verbi Dei prædicatio obstat,  $\beta$ . *Dubitatio* excipit, atque *Scepticismus*; ex quibus ista aliquâ adhuc  
infr-

(8) *Tit. I. 11. Qui universas domos subvertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.* (9) *II. Tim. III, 1. seqq. Erunt homines seipfos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affecti- one, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis, quàm Dei. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita. Ex his enim sunt, qui penetrant domos. — Tu autem assecutus es meam doctrinam.* (10) *Ap. VIII, 11. 12. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: Et mittam famem in terram: non tamen panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Et commovebitur à mari usque ad mare, & ab aquilone usque ad orientem: circuibunt, quæ- rentes verbum Domini, & non invenient.* (11) *Rom. XI. 25. Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapietes, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret. Et v. 20. 21. Tu autem in*  
fide



infirmitate animi aut præjudicio laborat, (12) hæc scurrilitatem, aut superbiam, aut alia vitia arguit. (13) Prout Disp. IV. §. VIII. jam ex parte ostensum fuit. (II) In *Excessu* est, *a. Curiositas* Malefana, cum circa Res ipsas, (14) quæ supra captum cujusque, aut statum, (15) aut necessitatem (16) sunt, tum circa illarum Causas, ubi defi-

fide stas: noli *altum* sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. (12) Jac. I. 6. 7. 8. Postulet autem in fide, nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur & circumfertur. Non ergò æstimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Vir duplex animo, inconstans est, in omnibus viis suis. (13) I. Tim. VI, 3. sqq. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ: superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidia, contentiones, blasphemia, suspitiones mala, conflictationes hominum, mente corruptorum, & qui veritate privati sunt. (14) Joh. XXI, 21. 22. Petrus dixit Jesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? (15) Prov. XV, 27. Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria. Sir. III, 22. Altiora te, ne quæsieris. Conf. Gen. III, 22. Ex. XXXIII, 20. I. Cor. XI, 3. (16) I. Tim. IV, 7. Profanas & aniles fabulas evita, Tit. III, 9. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, ac pugnas legales, cohibe. Sunt enim inutiles & vanæ. Sir. I, c. v. 23. sqq. Non est tibi necessarium, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curiosus.



deficiunt, (17) aut inquiri prohibentur, (18) occupata; ut si v. gr. quisquam necessariam inter Preces, harumque Effectus, connexionem quærat, aut aliam suppeditet, quàm quæ est inter Voluntatem ac Gratiam Dei, & utriusque Efficaciam. (19) Item, si quis in Practicis Occultorum Dei Judiciorum, & Eventuum Futurorum superbiat cognitione, quæ sint præter Verbum Dei, ejusque Cultum. (20) Hinc & si Ignorantiam arguat, ubi non est, (21) & contrà se videre meliora, quàm alii, prodatur, (22) aut Revelationem, vel Scientiam promittat uberior-

D

rio-

(17) *Joh. III, 9. 10. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Jesus, & dixit illi: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras. (18) Exod. XIX, 21. Contestare populum, ne fortè velit transcendere terminos, ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. (19) Matth. XVII, 15. 16. 19. 20. Obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Jesus, ait: O generatio incredula! -- Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illum? Dixit illis Jesus: Propter incredulitatem vestram. -- Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium. (20) Deut. XIII, 1. 2. 3. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse, dicat, & prædixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & serviamus illis: non audies verba Propheta illius, aut somniatoris. Conf. Es. IX. (21) Ibid. c. XXX, 11. sqq. Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cælo situm, ut possis dicere: Quis nostram valet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus? -- Sed juxta te sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. (22) Rom. XII, 3. Dico enim per gra-*



riorem, (23) ubi nec speranda est, (24) nec spem necessariam sine damno (25) requirit.  $\beta$ . Porrò quoque huc refertur *Rigor* nimius, cognoscendorum, aut sustinendorum Doctrinæ Christianæ Articulorum, ubi vel Personarum Qualitas, vel Temporis ac Locorum, aut aliarum Circumstantiarum differentia eundem non admittit. (26)

§. VII. *Signa* sunt Veræ Dei Agnitionis, (I) si simplici ac devoto animo credimus, & *Pietatem* sectamur, juxtâ hanc Notitiam nostram, pro viribus. Nam huc tendere debet, quicquid est Scientiæ, vel Naturalis vel Revelatæ. (a) (II) Si *Cognitione* salvificâ imprimis

gratiam, quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos; Non plus sapere, quàm oportet sapere. (23) II. Cor. XII, 7. *Ne magnitudo* revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ. (24) Matth. XXIV, 23. 24. *Tunc, si quis vobis dixerit*: Ecce, hic est Christus, aut illic: nolite credere, *Surgent enim* pseudoChristi, & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. (25) I. Cor. XI, 4. *Si is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus, aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis, aut aliud Evangelium, quod non recepistis, rectè pateremini.* (26) Act. XV, 10. 19. *Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, nec nos portare potuimus.* -- Propter quod ego judico, non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum. Hebr. V, 14. *Perfectorum solidus est cibus.*

(a) I. Joh. II, 3. 5. *In hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus.* -- Qui autem servat

ver-



mis *delectamur*, (b) sique (III) hinc Deo *gratias* agimus, quod eâ nos impleverit. (c) Si (IV) *Scripturam Sacram*, & Verbum Dei, ex illâ propositum, veneramur, & hoc solo contenti sumus. (d) Si (V) *Indignitatem* nostram ad res divinas agnoscimus, Naturæque Tarditatem ac Repugnantiam. (e) Denique si (VI) hinc Deo plus indies *placere* studemus, (f) sique (VII)

D 2

nos

*verbum ejus, in hoc charitas Dei perfecta est: & in hoc sci-*  
*mus, quoniam in ipso sumus.* (b) *Phil. III, 8. 12. Existimo*  
*omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu*  
*Christi Domini mei. --- Non quod jam acceperim, aut jam*  
*perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam, in*  
*quo & comprehensus sum à Christo Jesu. Conf. Ps. CXLIX,*  
*3. 103. 140.* (c) *I. Cor. I, 4. sqq. Gratias ago Deo meo semper,*  
*pro vobis, in gratiâ Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu:*  
*quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in*  
*omni scientiâ. Conf. Ps. CXLIX, 164. Septies in die laudem dixi*  
*tibi, super judicia justitiæ tuæ.* (d) *Pf. CXLIX, 99. Super*  
*omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio*  
*mea est. II. Reg. XII, 8. 10. 11. Dixit autem Helcias Pontifex*  
*ad Saphan scribam: Librum Legis reperi in domo Domini. ---*  
*Narravit quoque Saphan scriba Regi, dicens: Librum dedit*  
*mihî Helcias Sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram Rege,*  
*& audisset Rex verba libri Legis Domini, scidit vestimenta*  
*sua. Conf. c. XXIII, 1. sqq.* (e) *II. Cor. IV, 6. 7. Deus, qui*  
*dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit cordibus no-*  
*stris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Jesu*  
*Christi. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut*  
*sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Conf. c. III, 4. 5.*  
*(f) I. Thess. II, 4. Sicut probati sumus à Deo, ut crederetur*  
*nobis Evangelium: ita loquimur, non quasi hominibus*  
*placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Conf. Hebr. X, 26.*



nos invicem inde *admonemus*, (g) (VIII) *excitamus*, (h) & (IX) ad *Cælestem Gloriam* pertrahere annitimur. (i)

§. VIII. *Motiva* sunt, (I) ipse *Naturæ* ductus, ut pote quæ nos ad cognoscendum Deum, & res cælestes, etiam post lapsum, impellit. *Naturæ* verò instinctus, nisi exorbitet, pro regulâ est. (a) (II) Instinctus *Spiritus Sancti*, *Naturæ* adhuc præferendus. Hunc sequebatur Simeon, ad videndum Christum. (b) (III) *Mandatum* Dei expressum, toties in Scripturis repetitum. (c) (IV) Consideratio nostræ *Imperfectionis*, quam tenebras vocare solent Scriptores Sacri, cuiusque exempla

(g) *Rom. XV. 14.* Certus sum autem, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientiâ, ut possitis alterutrum monere. (h) *Es. II, 3.* Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Jerusalem. *Conf. Hebr. VIII, 11.* (i) *Hebr. IV, 11.* Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Vivus enim est sermo Dei, & efficax.

(a) *Act. XVII, 26. 27.* Fecitque ex uno, omne genus hominum, inhabitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora, terminos habitationis eorum, quærere Deum, si fortè atrectent eum, aut inveniant. *Sirac. XVII, 6.* Dedit ei mentem, intellectum, & cognitionem, ut discrimen scirent boni & mali. *Conf. c. XV, 14. Sup. IX, 2. 2.* (b) *Luc. II, 26.* Respondit acceperat à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in Spiritu in templum. (c) *Pf. XLVI, 11.* Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.



empla præbent, qui Verbo Dei, ingenique cultu de-  
stituantur. (d) (V) Consideratio rerum *diuinarum*,  
& quæ his inest, præstantiæ. (e) (VI) *Nexus* cum Sa-  
lute, (f) & cum Virtutibus reliquis, (g) & Actibus Sa-  
lutiferis, Conversione, Justificatione, & Sanctificatio-  
ne, (h) necessarius. (VII) *Gloria* inde redundans,  
etiam coram Deo, ejusque Filio Jesu Christo. (i)  
(VIII) Turpitude ac Damnum *Oppositorum*, utpote  
quæ cum gravissimis Peccatis eodem loco sunt, ea-  
demque merentur. (k) (IX) Status *Seculi Futuri*, in

D 3

quo

(d) *I. Cor. XII, 2.* Scitis, quoniam, cum gentes essetis, ad si-  
mulachra muta, prout ducebamini, euntes. Ideo notum vo-  
bis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema  
Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiri-  
tu Sancto. (e) *II. Petr. 1, 3. seqq.* Quomodo nobis omnia di-  
vinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem, donata sunt,  
per cognitionem ejus, --- per quem maxima & pretiosa no-  
bis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ confortes  
naturæ. (f) *Hebr. XI, 6.* Credere enim oportet accedentem  
ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. (g)  
*Rom. X, 14. sqq.* Omnis enim, quicumque invocaverit nomen  
Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem  
non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audie-  
runt? quomodo autem audient sine prædicante? (h)  
*II. Petr. II, 20.* Refugientes coinquinationes mundi, in  
cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. (i)  
*Joh. XV, 8, 17, 24.* Ipsi acceperunt, & cognoverunt verè, quia  
à te exivi; Ego pro eis rogo. --- Sanctifica eos in veritate.  
--- Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi  
mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi.  
(k) *Pf. LXXVIII, 6.* Effunde iram tuam in gentes, quæ te non  
noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.



quo Beatitudinis Æternæ pars præcipua, Visio vel Cognitio Dei, (l) Damnationis verò, Privatio ejusdem perpetua, (m) & Tenebræ Extremæ. (n)

§. IX. *Media* sunt vel *Extraordinaria*, vel *Ordinaria*. *Illa* deveneranda, nec temerè rejicienda. Non autem affectanda, vel expectanda. Quoniam unà cum Ordinariis ea quærere velle, Deum tentare est. (a) Sunt verò Modi, quibus Deus locutus est, & apparuit hominibus, varii, antequam *Media* ad Agnitionem ipsius Ordinaria perfectionem suam consequerentur, post verò sensim sensimque cessârunt. (b) *Media* igitur *Ordinaria* sunt, (I) diligens rerum Naturalium ac Supernaturalium in Scripturâ Sacrà comprehensarum, *Perscrutatio*, utpote quæ Deum ipsum hujusque voluntatem pro scopo habent. (c) (II) *Auditio* frequens, tam Publica, quàm Privata. (d) (III) *Repetita*

(l) I. Cor. XIII, 12. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. (m) Luc. XVI, 26. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est. Matth. VIII, 12. Filii regni ejicientur in tenebras exteriores.

(a) Es. VIII, 19, 20. Cum dixerint ad vos: Querite à pythonibus, & à divinis; --- Numquid non populus à Deo suo requiret? --- ad legem magis & ad testimonium. Quod si non dixerint juxtâ verbum hoc, non erit eis matutina lux. Conf. Luc. XVI, 27. (b) Hebr. I, 1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus, in prophetis: novissime, diebus istis, locutus est nobis in filio. (c) Joh. V, 39. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. (d) Jac. I, 18, 19. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, ut simus ini-



*petita lectio, & cum aliis Communicatio: (e) (IV) Memoria in his Exercitatio. (f) (V) Mentis ad hunc finem à Peccatis Purgatio, & ad res divinas percipiendas Elevatio. (g) (VI) Oratio jugis & ardens. (h) (VII) Factorum omnium, ac Dictorum, item Cogitationum, ad Verbum Dei Applicatio. (i) (VIII) Mundi Contemptus. (k) (IX) Calamitatum Tolerantia. (l) (X)*

initium aliquod creaturæ ejus. Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum. Prov. I, 5. 6. Audiens sapiens, sapientior erit. --- Animadvertet parabolam, & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorum. (e) Phil. III, 1. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. (f) Ps. XXXIX, 9. Legem tuam in medio cordis mei. Et Ps. CXIX, 97. sqq. Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo. (g) Jac. I, 21. Propter quod abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite infitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Conf. Ps. CXI, 10. (h) I. Reg. III, 11. 12. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam, ad discernendum judicium; ecce, feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens. Conf. Col. I, 3. Phil. I, 9. Jac. I, 5. (i) Hos. XIV, 10. Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc? quia recta via Domini, & justii ambulabunt in eis. Jac. III, 2. 13. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. --- Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bonâ conversatione operationem suam, in mansuetudine sapientiæ. (k) Job. X, 14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit,  
quia



(l) (X) *Exemplorum* Veneratio, illorumque, qui in cognoscendo Deo toti sunt, vel fuerunt, strenua Imitatio. (m) (XI) *Præjudiciorum* omnium, cum Theoreticorum, tum Practicorum, Deposito. (n) (XII) *Spes & Fiducia* Profectuum, sive propriorum, sive alienorum. (o) Quæ, cum ad Verbum Dei, tanquam ad Principium omnis Cognitionis Divinæ redundant, sive interius cogitatum, sive exterius prolatum, sive cœlitus inspiratum, quicquid Mediorum est, ad hæc quinque reducit Vinc. Bellovac. Sp. Mor. P. I. L. III. D. IX. scilicet Verbum Dei est diligenter *audiendum*, devotè *suscipiendum*, memoriter *retinendum*, sollicitè *custodiendum*, & fideliter *exequendum*.

§. X. *Impedimenta* sunt, præter *Opposita*, supra §. VI. recensita, præcipuè (I) *Pigritia*, quæ  
Comi-

quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Matth. VI, 33. sqq. (l) Prov. XVI, 29. Qui patiens est, multâ gubernatur prudentiâ: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. (m) Joh. VIII, 56. Abraham, pater vester, exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est. (n) Matth. III, 8. 9. Facite ergò fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intrâ vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Conf. Luc. XXIV, 31. Joh. IX, 24. 25. 31 sqq. Act. X, 34. (o) Phil. I, 6. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet, usque in diem Christi Jesu. Philem. 21. Confidens in tuâ obedientiâ, scripsi tibi: sciens, quoniam & super id, quod dico, facies.



§. X. *Impedimenta* sunt, praeter *Opposita*, supra §. VI. recensita, praecipue (I) *Pigritia*, quæ comites habet *Securitatem*, (a) *Contentum*, (b) *Temeritatem*, (c) & *Procrastinationem*, (d) cum in amplectendis *Mediis oblati*, tum in custodiendis & exercendis. (II) *Arrogantia*. Multi enim ad veram *Sapientiam* pervenissent, nisi putassent se pervenisse. (e) Illam ergo pariunt (III) *Rationis illimitata Libertas*. (f) (IV) *Affectus intempestivus* erga res hujus *Seculi*, earumque notitiam. (g) (V) *Odium* ac *Persecutio Piorum*, Deumque vere agnoscentium. (h) (VI) *Utilitas* hu-

E

jus

(a) *Hof. VII, 14. 15. Ululabant in cubilibus suis: super triticum & vinum ruminabant. --- Et ego erudivi eos, --- & in me cogitaverunt malum.* (b) *Prov. XXVI, 16. Sapientior sibi piger videtur, septem viris loquentibus sententias.* (c) *I. Tim. V, 3. Non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet.* (d) *Pf. CXVI. 8. 10. 11. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. --- Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: semper hi errant corde. Et isti non cognoverunt vias meas.* (e) *Rom. I. 22. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* (f) *II. Cor. X, 5. Consilia destruentes & omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi.* (g) *Luc. VIII, 7. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spina suffocaverunt illud.* (h) *Eph. III, 13. 18. Propter quod peto, ne deficiatis, in tribulationibus meis pro vobis. --- Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitu-*



jus Virtutis, quoad speciem, in acquirendis honoribus, divitiis, voluptatibus, similibusque Bonis Apparentibus, aut nulla, aut exigua, aut nimis saltem *remota*. (i) (VII) Mala *Informatio*, sive in scholis Theologorum, (k) sive Philosophorum, (l) sive aliorum, v. gr. de Privilegiis Doctrinae Civilis, & Naturalis, (m) Magistratus, (n) Autoritatis, (o) Antiquitatis, Consuetudinis, (p) horumque cum Scripturis Divinis Conventientia, Difficultate cognoscendi

ginitudo, & sublimitas, & profundum. Act. XVII, 18. *Quidam dicebant: Quid vult seminiverbius hic dicere.* (i) Malach. III, 14. *Vanus est, qui servit Deo: & quid emolumentum, quia custodivimus praecepta ejus? --- Ergo nunc beatos dicimus arrogantes; siquidem aedificati sunt facientes impietatem.* (k) Hof. VIII, 12. *Scribam ei multiplices leges meas, quae velut alienae computatae sunt.* Conf. Gal. III, 1. (l) Col. II, 8. *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, --- secundum elementa mundi, & non secundum Christum.* (m) Act. VIII, 11. *Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magis suis dementasset eos.* (n) Am. VII, 13. *In Bethel non adjicies ultra ut prophetae, quia sanctificatio regis est, et domus regni est.* (o) Joh. VII, 47. 48. *Numquid & vos seducti estis? num quis ex principibus credit in eum, aut ex Phariseis?* (p) Act. VI, 13. 14.  *homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum. Audivimus enim eum dicentem: Quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis*



di prae ceteris omnibus, ac Necessitate. (q) (VIII)  
*Conversatio* cum illis, qui Deum haud satis cognoscunt, nec eum in consiliis suis praefereunt. (r) (IX)  
*Opera Carnis* quaelibet. (s) (X) *Persuasio* de *Facilitate* rerum divinarum, & ad *Salutem* necessariarum, omnes memoriter ediscendi, vel *Difficultate* insuperabili. (t) (XI) Vana de *Sufficiencia* bonae *Intentionis* opinio, absque *Notitia* distincta. (u) (XII)  
 Praesumptio temeraria de *Ministris Verbi* Divini, ac si illi tantum Deum penitus cognoscere debeant, ut alios informare possint. (x)

E 2 §. XI.

nobis Moyses. *Conf. c. XIX, 27.* (q) *Matth. XXIII, 23, 24.*  
 Va vobis, Scribae & Pharisei, hypocrita: qui decimatis mentham, --- & reliquistis, quae graviora sunt legis, --- excolantes culicem, camelum autem glutientes. (r) *II. Tim. II, 16.* Profana autem & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum, ut cancer, serpit, --- qui a veritate exciderunt. *Conf. II. Cor. VI, 17.*  
 (s) *Rom. VIII, 7.* Sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta: nec enim potest. (t) *Luc. VI, 39, 40.* Numquid potest caecus caecum ducere? nonne ambo in foveam cadunt? Non est discipulus supra magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus. (u) *Luc. X, 41.* Sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. (x) *Act. XVIII, 15.* Si verò quaestiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: Judex ego horum nolo esse.



§. XI. *Remedia* (I) contra Pigritiam, ejusque comites, sunt, quod Deus *quotidie* Verbum suum inde ab infantia nobis offerat, ne quicquam temporis perdamus, aut temerè incipiamus. Et quanquam vilescere videantur quotidiana, vel negligentiam inducere, sciendum tamen est, eò gravius peccare, qui ea in rem suam non impendunt. (a) (II) Contra Arrogantiam urgenda est Fidei Infirmitas, & Operum dissimilitudo, utpote de ignorantia Dei testantium. Ita enim Christus contra Judæos. (b) (III) Contra Rationem illimitatam, tristes ubique *Eventus*, etiam in Civilibus, quanto magis in Spiritualibus, ubi prorsus captivanda. (c) (IV) Contra Amorem hujus seculi, *momentaneum* illud esse, quod delectat, finem verò interitum & confusionem; (d) item, quod nemo hinc quicquam comparare possit. (V) Contra *Oidium*, inquirendum est in ejus primam originem &

(a) *Es. XLII, 19. 20. 25. Quis cæcus, nisi servus Domini? Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies? --- Et offendit super eum indignationem furoris sui.* (b) *Joh. VIII, 39. 40. Si filii Abrahamæ estis, opera Abrahamæ facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi à Deo; hoc Abraham non fecit.* (c) *I. Cor. I. 20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquistor hujus seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* (d) *Phil. III, 19. 20. Quorum finis interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem con-*  
ver-



& causas, & num Deum quærentium conatus illud mereantur. (e) (VI) Contrà negatam *utilitatem*, *Exempla* eorum in contrarium, qui ob agnitionem Dei etiam in his terris felicissimi, v. gr. Abrahami, (f) & reliquorum Patriarcharum, Jacobi, (g) &c. Vera autem utilitas non consistit in Ambitione aut Avaritiâ. (h) (VII) Contra *Prærogivas*, *Difficultatem*, ac *Necessitatem* rerum secularium, applausum *Gentilium*, (i) qui sequuntur faciliora, ac demùm etiam ipsius Christi præceptum: *Quærite primum regnum Dei*, &c. (k) (VIII) Contrà malam *Conversationem*, *Pœna*, etiam à viris piis sumpta, quod indulserint plus justo *Pseudo-prophe-tis*. (l) (IX) Contrà *Opera Carnis*, eorum turpitu-

E 3

do

*versatio in cælis est.* Conf. *Matth. VI, 19. 20.* (e) *II. Cor. VI, 3. 4.* *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros, in multâ patientiâ.* (f) *Gen. XII, 1. 2.* *Egredere de terrâ tuâ, faciamque te in in gentem magnam, & benedicam tibi.* (g) *Ib. c. XXVIII. 12.* *Viditque in somnis scalam stantem, -- & Dominum in-nixum scalæ, dicentem sibi: --- Benedicentur in te, & in semine tuo, cunctæ tribus terræ.* Conf. *XXXII, 10.* (h) *I. Tim. VI, 8.* *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* (i) *Matth. VI, 32.* *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* (k) *Ibid. v. 33.* *Quærite ergò primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* (l) *I. Reg. XII, 23. 24.* *Cumque*

co-



do ac inutilitas. (m) (X) Contra *Facilitatem* præ-  
tensam, indoles Myſteriorum, Scripturæ Sacræ am-  
bitus latiffimus, Fidei raritas, Pauli de *ſtudio* perpetuo,  
Scripturis tribuendo, adhorratio; (n) contra  
*Difficultatem*, & Memoriae Lapsus, Spiritus Sancti Gra-  
tia, Deique Potentia, captum noſtrum transcendens,  
multiplices *Promiſſiones*, (o) & Exempla in contra-  
rium. (p) (XI) Contra *Intentionem*, officium *In-*  
*tellectus*, Scientiamque, ad devotionem imprimis ne-  
ceſſariam. (q) (XII) Contra *Præſumptionem* mune-  
ris

comedisset & bibisset, stravit asinum suum propheta, quem  
reducerat. Qui cum abiisset, invenit eum Leo in via, & oc-  
cidit, & erat cadaver ejus projectum in itinere. Conf. Rom.  
XVI, 17. ſqq. (m) Gal. V, 19. 21. Manifesta sunt autem  
opera carnis; --- qui talia agunt, regnum Dei non conse-  
quentur. Conf. c. VI, 8. (n) I. Tim. IV, 14. Noli negli-  
gere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophe-  
tiam. --- Hæc meditare, in his esto: ut profectus tunc  
manifestus sit omnibus. (o) Rom. XVI, 25. ſqq. Ei autem,  
qui potens est, vos confirmare, ---- secundum revelationem  
myſterii, temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est  
per Scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei,  
ad obeditionem fidei, in cunctis gentibus cogniti, soli ſapienti  
Deo, per Jesum Christum, cui honor & gloria in ſecula  
ſeculorum. Amen. (p) Jer. I, 7. 9. Noli dicere: Puer  
ſum; quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis. --- Ecce de-  
di verba mea in ore tuo. (q) Matth. VI, 7. Orantes au-  
tem



ris alieni, Sacerdotium Christianorum *Spirituale*, (r) negotiumque de Salute Æternâ præcipuum, omnesque ex æquo concernens; cujus si quis curâ quâdam tangatur, de Agnitione Dei, quæ eò ducit, non poterit non esse sollicitus. (s)

rem, nolite multum loqui, sicut Ethnici. Et c. XX, 22. Nescitis, quid petatis. (r) I. Petr. II, 9. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. (s) Act. XVI, 30. Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam?

## NOTÆ.

Ad §. I. De Agnitione Dei scripserunt Tilem Hesbuis in 8. Predigten von Erkändtniß Gottes. Dav. Chyrraus de Verâ Dei Agnition. Joach. Menzelius in Theognosiâ, sive de Cognit. Dei, qui & de Cognit. Dei, Dan. Hering in Pædiâ Christianâ, Lips. 1702. Dan. Schallers Conc. von wahren seligmachenden Erkändtniß Gottes/ nach seinem Wesen und Willen. Petr. Molinaus Tr. von der Erkändtniß Gottes/ Leonhard, Renner im Spiegel von dreyerley Erkändtniß Gottes. Alii conjunxerunt cum Cognit. sui ipsius, ut Paul Egards wahre Weisheit zur Seeligkeit/ das ist/ das wahre Erkändtniß Gottes/ und der Menschen/ nach der Schrift. Joh. Claubergius de Cognit. Dei & Nostri, Exercitationibus C. Andr. Mulleri Excerpta MSti ejusd. Turcici de Cognitione Dei & Homini ipsius. Alii inprimis cum Cognitione Christi & Sui, ut Hartm. Creide in Postill. Nolle me, & nolle te, das ist/ Erkändtniß Christi/ und unserer/ aus den Evangelien gezeiget; vel qui de Cognitione Christi tantum, ut Joh. Reß im Geistl. Lannen-Baum/ das ist/ XVI. Predigten von der wahren Erkändtniß Christi. Aug. Pfeiffer in Christognosiâ Orthodoxâ, oder deutl. gewiesene Christl. Wissenschaft/ nach Anleitung S. Joh. und Pauli. E Fanatic. quoque huc referri poterit Frid. Brekling in Nosce te ipsum, & cognosce Christum, das ist/ Erkändtniß unser selbst/ und Christi/ item, Abr. Franckenberg in Nosce te ipsum, das ist/ gründliche Nachforschung/ wie der Mensch sich selbst erkennen soll/ & Weg der alten Weisen/ von der Furcht des HErrn und Weisheit Gottes; in spe-



specie de *Agnitione Christi* sub V. T. Joh. *Müllerus* in Beantwortung der Frage: Ob jemand jemahls sonderlich die Layen im alt. Christ. ohne die Erkäntniß Christi selig worden? De *Cognitione Dei in Angelis & Cœlitibus*, Matth. Hoë in Dissert. & Jul. *Poniatovius* Dissert. Theol. An Angeli & Cœlites perfectè Deum in suâ Essentiâ, qualis est, cognoscant? Huc Ludovic. *Viv.* Libr. de Verâ Sapientiâ, *Rothmaler*, de Sap. & Prud. Christianâ, *Elias Pfistorii* Didactica Theosophica, Christi. Lehrkunst / die rechte Weisheit zu ihr bekommen; Aug. *Pfeifferi* Pan sophia Mosaica ex Genesi, oder Grundriß aller Weisheit / aus dem 1. B. Mosi. De *Prudentia* Theologi Frid. *Spanhemius*, de Prudentiâ Vet. Ecclesiæ, Nic. *Vedelius*, Benjam. *Gerlachs* Abriss des Christenthums zur letzten Zeit / bey Erklärung der Gleichnissen von 10. Klugen und thörichten Jungfrauen / it. Christen-Wacht Adam *Gahns*. *Scholasticis* hinc consulendi, ubi de Lege Dei, Sacramentis, & Pœnitentiâ. *Vinc. Bellovacensis* prolixè de Officiis circa Verbum Dei, hujusque variis utilitatibus, in Spec. Mor. L. 3. P. 1. Diss. IX. Plura quoque è Scholasticis Altensteig. in Vocab. Theol. sub voc. Cognoscere, & Cognitiono. Alibi de Virtutibus Dianoëticis idem. Ceterum de *Scopo* hujus *Præcepti Primi* Primario *Lutherus*, Cat. Maj. ad hoc Præc. Darum ist nun die Meynung dieses Gebots / das es fordert rechten Glauben / und Zuversicht des Herzens / welche den einigen Gott treffe / und an ihn allein hange.

Ad §. IV. *Cognitione Dei Explicitâ* movetur Qu. in Theol. Moral. *Strauchii* Disp. VII. An ab omnibus hominibus vera, scerta, & Explicita veri Dei requiratur Cognitiono? & respondetur Aff. Verum constat Implicitam hinc talem Explicitam opponi, quam nos quoque rejicimus, quæque Fidem Carbonariam gignit, & nulla est. Nos verò *Cognitionem* & *Fidem simplicem* putamus, de quâ vid. Disp. D. *Mayeri* de Fide Simplicem, Gryph. 1702.

Ad §. V. De Superstitione, Divinatione, Superstitionibus Observantiarum, Infidelitate, Hæresi, Apostasiâ, Schismate, Impugnatione Veritatis Agnitæ, Obstinatione, *Vinc. Bellor.* l. c. L. 3. P. 3. Diss. XXVI. De Ignorantiâ Theolog. laudabili D. *Sontag*. Doctam & dissimulatam quarundam rerum Naturalium Ignorantiam, cum simulatâ aliorum scientiâ collatam, D. *Klausung* Witt. 1704. de San. & Malefan, in Theol. Curiosit, D. *Rechenberg*.



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO STRUVIO  
RESPONDENTI SVO SOLERTISSIMO

s. p. d.

PRÆSES.

**M**ulta quidem sunt, ac magna, quæ in Te suscipis, cum de Agnitione Dei disputas, Respondens Optime, atque idem fortè videri possit, ac si de totâ doctrinâ Christianâ verba facere, eamque propugnare velis. Sed nôsti satis, Te in Virtutum campo versari, ex quibus, primam omnium, ac sequentium fundamentum esse, Agnitionem Dei, facile intelligunt, qui illas non in mero voluntatis arbitrio, aut solâ bonâ intentione, utpote vitiorum quoque pessimorum asylo ponunt. Ideoque nunc modum potius, Deum piè ac salubriter cognoscendi, quàm res omnes cognoscendas exponis, neque hanc Dei in nobis cognitionem Divinum esse Silentium, ut quidem cap. X. Pimandri vocatur, sed potius Eloquentium dici posse, prodis, qui Oracula Dei hilari fronte eloqueris, ac publicâ Disputatione defendis. Laudabunt hos non tantum conatus Tuos, sed & ipsum opus, qui Te audierunt, nec imparatum Te ad disputandum accessisse, fatebuntur. Nam ex quo ad nos venisti è Lyceo Scheningensi vicino, humaniorum literarum notitiâ probè instructus, de industriâ etiam Tuâ testari possum, quod toto hoc biennio, quo apud me habitas, nihil prius Tibi nihilque antiquius esse volueris, quàm solidos in studiis diviniis, quo illa ordine in Academiis edisci solent, profectus. Supererit jam, ut vernaculâ quoque linguâ populo exponas, quæ de Deo è cathedrâ doctè promteque disseruisti. Quod etiam feliciter Tibi successurum, Ecclesiae futurum esse salutare, si preces ac labores Tuos ita continuaveris, non spero tantum, sed & voto addito auguror. Vale & res porrò ex animi tui sententiâ confice. Scrib. Helmstadii d. XII. Sept.

MDCCXXV.

F

Qui



**Q** Vi procul infesto curat cœlestia mundo,  
Tempus & omne *DEI* cognitione terit:  
Hunc merito dices vel terque quaterque beatum;  
Huic nullum certe tempus abibit iners.  
Quidni, clare STRUVI, de Te fausta omina captem,  
Nil nisi *notitiam* cum tueare *DEI*?

*His nobilissimo Domino STRUVIO cum omnigena prosperi-  
tatis voto applaudere voluit*

F. P. J. MÖHRING, Lycei Scheningensis  
Collega.

---

**S** will fast jedes Land uns weise Struven weisen:  
Die Sachsen pflegen uns den großen Struv zu preisen/  
Der an der Saale Strand die muntern Musen lehrt.  
In Magdeburg wird der beredte Struv geehrt.  
Seh ich auf Hildesheim / das Land / so mich gezeuget/  
So seh ich / wie es sich für einen Struven neiget.  
Damit nun Suelphen-Land nicht ohne Struven sey /  
So setz Minerva Dich den weisen Struven bey!

Zu Bezeugung seiner Ergebenheit und aufrichtigen  
Freundschaft setze dieses Herrn Struven

H. N. Märtens / Hildesf. SS. Th. Cult.  
Opponens.

---

**W** Er so die Wahrheit liebt und ihre Feinde schlägt /  
Wie Du / Geehrtester / der kan nicht unterliegen/  
Die Wahrheit hilft empor / sie hilft uns ewig siegen/  
Ob gleich der Neyder Schwarm ihr öftters Gränken legt.  
Die Wahrheit gleichet sich dem Tage dieser Welt/  
Dasselbe will zwar oft ein dicker Dampff umkränken /  
Allein gang ohne Krafft / sein nie geborgtes Glänken /  
Steigt dennoch über sich bis an der Sternen Zelt.  
So glänzt die Wahrheit auch wie Gold und Edelstein:  
Kein ungestümer Nord kan ihren Glanz verdecken/  
Kein Geiffer voller Neyd ihr weißes Kleid bestrecken;  
Das macht ihr Wesen ist von allen Schlacken rein.  
Weil Du die Wahrheit nun zu Deinem Schutz erwehlt /

So



So wird dieselbe Dich zu aller Zeit anlachen /  
Sie wird bey Sonn und Nacht um Deine Scheitel wachen /  
Wohl Dir! Du hast dem Weg des Glückes nicht verfehlt!  
Mir diesen wenigen Zeilen wolte dem Zan. Respondenten  
als seinem wehrten Freunde aufrichtig gratuliren

R. L. LÜTTIG, Opponens.

*Tacit. de Mor. German. c. 34.*

Sanctius ac reverentius visum, de actis Deorum credere,  
quam scire.

Als teutsche Heydenthum/ so Erd und Sonne ehrte /  
Zog blosses Glauben einst dem ächten Wissen vor/  
Wan es vom Götter-Dienst und ihrem Wesen lehrte:  
Doch/ da die Finsterniß aus Teutschland sich verloh/  
Bemüht' es sich/ den HErrn im Lichte zu erkennen /  
So schaut es unverrückt die höchste Majestät:  
Und ieho wilt Du uns / Geliebter Landsmann / nennen  
Die Stufen/ darauf man zu solchem Wissen geht.

Ziemt wolte seinem wehrtesten Herrn Lands-Mann  
zu dem neuabgelegten *Specimine Academico* gratuliren

Rudolph August Nolte/ Schening. Jur. Stud.

Agnitio summi, qui dirigit omnia, Jovæ  
Omnibus innotuit, qui ratione valent.  
Biblia sacra tamen manifestius omnia pandunt:  
Hinc nos felices, quæ Deus illa dedit.  
Ex his notitiam Jovæ dum tradis, Amice,  
Non nisi quæ bona sunt dicere verba queo.  
Te, devote Deo, conservet cura Supremi,  
Qui te fidentem deseruisse nequit.

*His dissertationem Amici sui, a teneris unguiculis fraternæ  
amore dilectissimi, in signum haud infucata amicitiæ  
comitari voluit, debuit*

JOH. HENR. KOCH, Schening.  
SS. TH. Stud.

Wie sol ich wehrter Freund/ nicht Deinen Ruhm erheben?  
Den Dir Minerva schon bereits hat bengelegt/

Wie



Wie solte ich Dir nicht dann solche Wünsche geben /  
Die nur ein treuer Freund und treues Herze hegt?  
Insonders da Du uns dein edles Wissen zeigst /  
Und voll Gelehrsamkeit auf den Catheder steigst.  
Darum so nimm den an die ungeschminckte Gaben /  
Die meine Wenigkeit Dir längstien zgedacht /  
Weil Mufen-Söhne nur die frohen Wünsche haben /  
So sey auch dieses jetzt zu solchem Wunsch gemacht.  
Der Höchste sey dein Schutz und kröne dich in Freuden /  
Und laß zu Zion Dich dereinst als Priester kleiden.  
Mit diesen Zeilen wolte dem Zn. Struven als seinen  
liebwehrtesten Freunde schuldigst gratuliren  
L. J. F. Schneider / Halberst. SS. Th. Cult.  
Opponents.

**N**oscunt, sed non agnoscunt vim Numinis omnes;  
Hinc bene, quod scribas de agnitione Dei.

*Ornatissimo STRUVIO de novo industria specimine  
gratulabundus ser.*

T. G. RITMEIER, Helmst. SS. Th. Stud.  
Opponents.

**I**n rauhen Schaalen liegt der Weisheit Kern versteckt /  
Und Perlen gleich verdeckt /  
Und auf den Helicon zu klingen  
Gehet unsern Tüssen sauer ein /  
Die Leyer dem Apollo gleich zu stimmen  
Kan anders nicht als mühsam seyn.  
Allein ein unverdrofner Fleiß  
Muß endlich doch / wie wol nach saurem Schweiß  
Des Pindus hohe Zinnen  
Ersteigen und gewinnen.  
Drum / Eheurere Freund / vollführe auch dein Beginnen /  
Es wird die Arbeit / die Beschwerden  
In kurzer Zeit  
Mit Wucher Dir belohnet werden

Mit diesen gratulirte dem Zn. Respondenti Desselben  
verpflichtester Diener

B. W. Machenau / Halberst. LL. Cultor.



EO.-Bj. 2002

01 A 6727

ULB Halle

3

003 104 745



WA

Rha









mania salubres sint, ac tranquillitatem Ecclesie Christiane  
conservent. Tu verò, Doctissime Domine RÜETE, qui  
studiis divinis operam das, de Fundamentis quoque Pacis  
Religiosae, misis principis Actorum specialibus, et cor-  
ràm Tribunalibus ventilari solitis, cum è verbo divino,  
tùm ex historiae & sanæ rationis legibus disputas, prout  
nempe hanc partem lectionibus nostris Polemicis inferere  
consuevimus, Tuque ipse haud pridem eam consideratio-  
ni Controversiarum cum Catholicis ac Reformatis à nobis  
præmissam esse, novisti. Non ergò nunc facere possum,  
quin hos extollam conatus Tuos, quos etiam in aliis Col-  
legiis meis, congressibusque tam publicis, quam priva-  
tis, toto illius anni, quo apud nos vivis, intervallo pro-  
bâsti. Habebis sanè hoc pacto, quo letus respondeas illis,  
qui amorum Tuorum Academicorum, quorum duos in  
almâ Wittebergensi, unum in Academiâ Juliâ consumpsi-  
sti, te poscent rationem. Habebis, quibus Ecclesie re-  
ctè & cum fructu præsis, cui aliquandò præficieris, post-  
quam studia Tua Theologica tantâ cum attentione animi,  
& ad orthodoxie normam tractâsti. Imò habebis, quibus  
tanquam thesauro, feliciter comparato, atque dum vixe-  
ris, nunc industriâ privatâ, nunc conversationibus,  
nunc &, si Deus vires concedat, etiam in itineribus au-  
gendo, ipse letaris. Ita vale, & rem bene ad præ-  
tere. Scribebam Helmsta.

A. MDCCX.



ad 32

DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE  
AGNITIONE  
DEI

QUAM  
PRÆSIDE

JONA CONR. SCHRAMMIO  
THEOL. D. LONGE CELEBERRIMO  
EJUSDEMQUE IN REGIO - DUCALI  
JULIA PROF. ORDIN.

PATRONO PRÆCEPTORE ATQUE HOSPITE  
DEVENERANDO

D. XII. SEPTEMBR. MDCCXXV.

